Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8293
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

patrie compunctionis asperitatione renouet. valde namq; inter
iuuenia verba cor desiluit. cuiq; indubitanter constet. qd ex teneris
cogitationum tumultibus impulsus a semetipso correuatur studere
necessabilit debet. Vt per eruditionis studium restituat. Hic
est enim qd prelatum greci discipulum paulus admonet dicens.
Dum venio intende lectioni. Hinc dauid ait. Quomodo di
lexi legem tuam dne tota die meditatio mea est. Hic moyses
de portanda archa dns precepit dicens. facies quatuor circulos
aureos. quos ponies p quatuor arche angulos. facies q; vectes
de lignis setim et operies auro inducesq; per circulos. qui
sunt in arche lateribus vt portet in eis. qui semper erunt in
circulis vt nunquam extrahant ab eis. Qi per archam nisi
sancta ecclesia designatur. Cui quatuor circuli aurei p qtuor
angulos iubent adunari. quia in eo qd per quatuor partes mdi
dilatata tendit. procul dubio sancti euangelii libris attincta
predicat. Vectes sed de lignis setim fiunt. qui eisdem ad por
tandum circulis inserunt. quia fortes et perseuerantes docto
res veluti imputribilia lignia querendi sunt. qui institutionis
sacrorum voluminibus semp inherentes sancte ecclesie virtutem de
nuntiet. et quasi intromissis circulis archam portent. Vectib;
quippe archam portare est doctoribus sanctam ecclesiam ad erudi
endas infidelium mentes predicando deducere. Qui auro q;
iubent operiri vt cum sermone alys insonant. ipi etiam vite
splendore fulgescant. de quibus apte subiungit. Qui semper
erunt in circulis vt nunqm extrahent ab eis. Quia minime
nate est vt qui ad officium predicationis exercebant. a sacre lec
tionis studio non recedant. Ad hoc namq; vectes esse in circulis
semper iubent. vt cum portari archam opportunitas exigit.
de interrumpendis vectibus portandi tarditas nulla generet.
quia vbiq; cum spirituale ad a subditis suis pastor inquirit. igno
rantiam valde est. si tunc queat discere cum questionem
debet enodare. Sed circulis vectes inhereant vt doctores sep
in suis cordibus eloquia sacra meditantes. testamenti archam
sine mora eleuent. si quutq; nate protinus doceant. Vnde bn
bonus pastor primus ecclie pastores ceteros admonet. dicens.
Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos reddere rationem
de ea que in vobis est spe. Sic si apte dicet. vt ad portanda archa
mora nulla prediat. Vectes a circulis nunquam recedant.